Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Deus cuius hodierna die
per stellam infidelium gentes
non loquendo sed monendo con
fessi sunt. Oia in nobis viciorum
mala mortifica. ut fidem tuam
quam lingua nostra loquitur eam
moribus vita fateatur. Per.
Lectio libri apoc. beati iohannis apli.
In diebus illis. Vidi super mon
tem syon agnum stantem. et cum
eo centum quadraginta quatuor
milia habentes nomen eius et
nomen patris eius scriptum in fron
tibus suis. Et audivi vocem de
celo. tamquam vocem aquarum mul
tarum. et tamquam vocem tonitrui
magni. Et vocem quam audivi
sicut citharedorum citharizantium
in citharis suis. Et cantabant
quasi canticum novum. ante sedem
dei. et ante quatuor animalia et seni
ores. Et nemo poterat dicere
canticum. nisi illa centum quadra
ginta quatuor milia qui empti sunt
de terra. Hi sunt qui cum mulieri
bus non sunt coinquinati. vir
gines enim sunt. Hi sequuntur ag
num quocumque ierit. Hi empti
sunt ex hominibus primitiae deo et
agno. et in ore ipsorum non est in
ventum mendacium. Hinc tracta
la sunt ante thronum dei. Gradualе.
Alia trahe. Alla. Te martyrum. Sequentia.
Laus tibi xpe passio patrum natae
dei omnipotentis. Quae celice
iubilat supra astra manentis plebis
deus armonice. Quae agnina in fan
cui sonoris virginis collaudat choros
matris. Quos impius obnoxios odium
tui misero strauerat vulnere. Quos
pie nunc remunerans in celis xpe pro
pensis miere. Solita vivis gratia qui
tuos ornas coronis splendide. Quo
cum patribus sacris dele peccatum nostre pie
crucis vite. Ut quos laudibus tuis
inserens nobis illic dones clemens
tuere. Illis eterne dans lumen glie.
Nobis eterna concede vivere. Qui
cum patre sacrosancto actibus pleniter ad quisa
tono tue gratie. Herodis ut non fiat so
cius quisque in horum laude te exercere
queat. Sed eternaliter cum celice caterva
tecum sit dulce. Sancti matheum.
Nullo t. Angelus domini apparuit in somnis ioseph dicens.
Surge et accipe puerum et matrem
eius et fugite in egyptum. et esto ibi
usque dum dicam tibi. futurum est
enim ut herodes quaerat puerum
ad perdendum eum. Qui surgens
accepit puerum et matrem eius
nocte. et secessit in egyptum. et
erat ibi usque ad obitum herodis
ut adimpleretur quod dictum est a
domino per prophetam dicentem. Ex egypto
vocavi filium meum. Tunc herodes
videns quoniam illusus esset a
magis. iratus est valde. et mit
tens occidit omnes pueros. qui
erant in bethleem et in omnibus